# Florula insularum olim Purpurariarum,

nunc

# Lanzarote et Fuertaventura

cum minoribus

# Isleta de Lobos et la Graciosa

## in Archipelago canariensi.

Auctore

**Carolo Bolle.**

---

### Ranunculaceae.

1. Ranunculus cortusaefolius Willd. var. rupestris. — Morgallona.

In montibus Handiae olim sylvosis frequens. La Muda. Fl. Aprili.

2. Adonis microcarpus DC. var. intermedius Boiss. — *A. intermedius* Webb.

Inter segetes. Huc probabiliter trahendus *A. aestivalis*, a cl. viris Berthelot et Webb in Lanzarote lectus et hoc nomine affectus, dum in eorundem Phytographia canariensi omittitur.

### Papaveraceae.

3. Papaver somniferum L. var. setigerum. — Adormidera.

In agris prope la Oliva.

4. P. obtusifolium Desf.

La Oliva.

5. P. Rhoeas L. — Amapola borracha.

6. P. dubium L.

7. P. hybridum L.

8. P. Argemone L.

9. Glaucium corniculatum Curt. cum var. phoeniceum Sm.

Haec forma, flore rubro insignis, in Fuertaventura fere sola apparet stirpemque segetalem vulgatiorem constituit, ex. gr. prope Cofete.

10. Argemone mexicana L.

Circa Arecife Lanzarotes indigena facta.

## Fumariaceae.

11. F. capreolata L.

In cultis Lanzarotes.

12. F. officinalis L.

13. F. Vaillantii Lois.

14. F. parviflora Lmck.

## Cruciferae.

15. Matthiola parviflora R. Br.

Inter segetes.

16. M. tristis R. Br.

Puerto Cabras, in maritimis.

17. M. incana DC. — Aleli.

18. M. Bolleana Webb Synops. canar.

Abundat ad littora peninsulae Handiae, praecipue in promontorio la Punta de Handia dicto necnon in ripa de Barlovento ejusdem prope Cofete.

Planta subacaulis, humilis, grandiflora, mire odora, littoris deserti pulcherrimum decus, arenam concharum gregaria vegetatione praediligens. Albiflora quoque interdum multo communiori roseae miscetur. Floret Aprili, die 5. hujus mensis 1852 primum nobis obvia.

19. Parolinia ornata Webb Ann. sc. nat. (1840.)

20. Notoceras canariensis R. Br. *Erysimum bicorne* L. Trevol reventon. Lanzarote (de Buch).

21. Carrichtera Vellae DC.

In sterilibus Handiae; Isleta de Lobos. Floret Aprili et prius inde a fine hyemis. Primum, quoad regionem nostram, a cl. Leman in Lanzarote inventa.

22. Eruca sativa Lmck.

23. Erucastrum canariense Webb.

Plerumque, nisi sola, varietas cardaminoides, a Webbio diu pro specie habita, et in litteris *E. cardaminoides* nuncupata.

Handia; Villa Betancuria. Fl. Aprili ad Majum.

Planta recentiori tempore in Mauretania quoque inventa, quum hucusque pro ea sola canariensis patria valuisset.

24. Hirschfeldia adpressa Mnch. *Myagrum hispanicum* Lk. apud de Buch.

25. Sisymbrium erysimoides Desf.

26. Raphanus Raphanistrum L. *R. segetum* Berth. — Rabano selvaje.

27. Sinapis alba L. — Mostaza.

28. Cakile maritima Scop. *Bunias Cakile* L.

Haec in Purpurariis, neque in caeteris Canariis proveniens ad varietatem *latifoliam* Poir. spectat; nec ab ea var. *sinuatifolia* Guss., in insula Inarime nobis obvia, ullo modo diversa.

Puerto Cabras, loco dicto Playa blanca; in insula parvula portui Arecife adversa. Fl. Aprili ad Junium.

29. Rapistrum rugosum All.

30. Capsella Bursa pastoris Mnch. *Thlaspi* L.

Hic, ut in reliquis Canariis, fere semper integrifolia vel paucidentata.

31. Biscutella auriculata L. *Jondraba sulfurea* Medik.

Inter segetes.

32. Senebiera Coronopus Poir.

La Oliva, ad vias. Fl. Majo.

33. Lobularia libyca Webb Berth. Viv. sub *Lunaria*.

34. L. intermedia Webb.

35. L. marginata Webb cum ejusdem var. Bollei. (Synops. canar.)

Handia, copiose in rupestribus maritimis: la Punta. Fl. Martio ad Aprilem.

Hanc speciem siliculae rotundae, marginatae primo intuitu distinguunt.

Flores albi cum oculo violaceo. In Purpurariis ipsa inter congeneres frequentior.

## Cistineae.

36. Helianthemum canariense Pers. — Turmero.

De hoc *H. mucronatum* Dun., saepius sub hoc nomine e Purpurario solo visum, distinguere mihi non contigit. Vicina ad ejusdem radices tubera alba sapidissima in Fuertaventura frequenter colliguntur, quae cum Ascomycete sahariensi (*Tuber album* Desf., Terfaz), diu cognito, coincidere videntur. Hispanica lingua haec Criadillas de tierra vel Turmas audiunt, unde Helianthemi nomen vernaculum. Fl. Martio ad Majum. Per Lanzarotem hinc inde ex. gr. ad fretum el Rio.

37. H. confertum Dunal.

38. H. niloticum Pers. *H. ledifolium* Ejusd.

Puerto Cabras, in petrosis.

## Frankeniaceae.

39. Frankenia pulverulenta L.

Non infrequens, imo inter oppidorum pavimenta. Pulchra et pro statura praegrandis in littore plano petroso prope Puerto Cabras obvia. Fl. per hyemem ad Aprilem usque.

40. F. ericaefolia Chr. Sm. var. microphylla.

La Graciosa.

41. F. corymbosa Desf. Willd. Herb. n. 6998. Specimen Broussonetianum »e Canariis«. *F. capitata* Webb Berth.

In peninsula Handia abundantissima necnon circa ambarum insularum littora omnia e Frankeniis vulgatior. Fl. vere. Exacte convenit cum planta

nivariensi prope Candelaria in tufaceis tam copiosa. Conveniunt et tabula et descriptio Fontanesii.

## Resedaceae.

42. Reseda luteola L. var. crispata, Wats; var. australis, Webb.

43. R. crystallina Webb.

Handia. Fl. Martio ad Aprilem.

44. R. subulata Del. *Resedella subulata* Webb. *Oligomeris glaucescens* Cambass.

Handia, frequens in petrosis demissis. Fl. Aprili.

## Caryophylleae.

45. Silene longicaulis Pourr.

Prope Mala et Hermita de las Nieves, Lanzarotes, a cl. Bourgeau primum reperta et quidem specimina contra nomen humillima. Fl. Januario.

Caeterum planta *S. apetalae* valde similis.

46. S. Muscipula L.

In Fuertaventurae agris inter segetes. Villa Betancuria; Agua Bueyes, in convalle del Garabato! Fl. Aprili.

47. S. gallica L.

48. S. nocturna L.

49. S. Behen L.

Handia, inter segetes. Fl. Aprili.

50. S. inflata Sm. *Cucubalus Behen* L. — Yerba conejera.

Rosa de la Oliva.

51. Alsine marina Whlbg. *Arenaria marginata* DC.

Sat communis, ex. gr. in Handia.

52. A. procumbens Vahl.

Handia; Lanzarote, in rupibus freto el Rio impendentibus.

53. A. platyphylla J. Gay sub Rhodalsine.

Haec inter *Alsines* facile pulcherrima Herbaniae saxa eximie ornat magnis caespitibus suffruticulosa de iis dependens, paucis attamen, ut videtur, locis indigena: Montes Handiae; Rio Palmas. Fl. Februario ad Majum.

54. A. Gayana B. *Rhodalsine* Webb.

In arena maritima aridissima loco dicto Gran Tarajal Fuertaventurae. Fl. Aprili.

55. Arenaria serpyllifolia L.

56. S. flaccida Aschers. *Spergularia fallax* Lowe. *S. pentandra*, Berth. Géographie botanique non L. *Arenaria flaccida* Roxb.

Plantula pusilla bipollicaris, sub primis pluviis hyemalibus enascens, mox florida et fructifera iterumque evanescens.

57. S. diandra Heldr. *Arenaria* Guss.

Lanzarote, prope Arecife et Villa Teguize (Bourgeau). Fl. Januario. Planta nana, gracillima, rubriflora.

### Illecebreae.

58. Polycarpon tetraphyllum L. cum varietate intermedium Gay. *P. succulentum* Webb Berth. non DC. Haec in Graciosae arenosis siccissimis.

59. Polycarpia Teneriffae Lmck. *Mollia diffusa* Willd.

Communis; etiam ad focum calidum montis ignivomi lanzarotensis, Montaña del fuego usque procedens.

60. P. gnaphalodes Lk. *Polycarpia candida* Webb.

Planta littorea handiensis. Fl. Aprili.

61. Herniaria Hartungii Parl. in Hartg. Geolog. Verhält. d. Ins. Lanzarote und Fuertaventura.

Fuertaventura.

62. H. cinerea DC. *H. incana* Berth. *H. hirsuta* Webb Berth. vix L. *H. flavescens*, Lowe.

Fuertaventura; Lanzarote (Hartung).

63. H. Fontanesii Gay apud Duchartre Journ. *H. fruticosa* Desf.

In Handiae petrosis siccissimis! Fl. Aprili.

64. Gymnocarpus salsoloides Webb. Synops. canar. *G. occidentalis*, Ejusdem, Florul. aethiop. aegypt. *G. decandrus* Webb. Berth. non Forsk.

Ad radicem montium Handiae, Costa de Barlovento, rupium fissuris innatus frequens. Fl. Aprili.

### Malvaceae.

65. Lavatera cretica L. *M. Pseudo-Lavatera* Webb. — Malva, uti sequens.

In convalle Rio Palmas. Fl. Majo.

66. M. parviflora L.

### Hypericineae.

67. Hypericum grandiflorum Chois. *Androsaemum Webbianum* Spach. — Almajurado.

In Lanzarotes summis montibus Peñitas de Chache olim sylva virentibus.

### Oxalideae.

68. Oxalis corniculata L.

Frequens in cultis.

### Lineae.

69. Linum strictum L.

70. L. usitatissimum L. — Lino.

Colitur in agris et hinc inde subspontaneum evadit.

### Geraniaceae.

71. Geranium dissectum L.

72. G. rotundifolium L.

73. G. molle L.

74. Erodium Cicutarium L'Hérit. var. bipinnatum.

75. E. Botrys Bertol. *E. botryoides* Berth.

### Zygophylleae.

76. Zygophyllum Webbianum Coss. Bull. soc. bot. de France 2. p. 365.

*Z. Fontanesii* Webb. Berth. excl. syn. Desfont. *Z. album* auct. non L. — Salado moro.

Frequens in littore ambarum insularum, ubi gregarie in arenosis simulac petrosis, sed in illis libentius, provenit: Punta de Handia; Corralejo; Isleta de Lobos; La Caleta Lanzarotes; Islote S. Gabriel.

77. Fagonia cretica L.

Frequens, ex. gr. prope la Oliva.

78. Tribulus terrestris L. — Abrojo.

Gran Tarajal.

### Melianthaceae.

Melianthus comosus Vahl, secundum traditionem oralem Webbianam in Handiae littore meridionali olim a cl. Despréaux inventus, nemini posteriorum in regione, omni culturae vestigio experte, quamvis quaesitus, iterum visus fuit; itaque faciliter pro territorio fabulosus potius quam vere praesens aestimandus. Fruticem 6-pedalem fuisse inventor declaraverat. Nullum alium Melianthum quam majorem, L. in Canariis cultum observasse et hunc quidem in unico horto botanico Orotavensi, recordor.

### Tamariscineae.

79. Tamarix canariensis Willd. *T. gallica* L. var. *canariensis*. — Tarajal.

Fuertaventura, sylvulas et dumeta formans.

80. T. anglica Webb var. Berthelotii. — Tarajal majorero.

In glareosis ambarum insularum arbor vel arbuscula praecedente plerumque robustior et altior. Fl. hyeme ad ver usque. Flores e viridi albescentes, nec rosei ut in altera. Species jam diu e Fuertaventura in magnam Canariam advecta, ubi nunc agros hortosque contra ventorum impetum et Oceani halitum salsum protegit, hinc inde jam efferata. Varietatem secundam a Webbio sub nomine Lanzarotae admissam, quae sit plane ignoramus.

## Rutaceae.

81. Ruta bracteosa DC. — Ruda.

Lanzarote, in solo monte la Corona, ubi abundat; La Oliva in collibus pago vicinis, unico loco. Fl. Junio.

## Celastrineae.

82. Catha cassinoides Webb. *Celastrus cassinoides* L'Hérit. — Arbol de la Cumbre.

In summis montibus Handiae, Barlovento versus, zonam sylvarum olim formans, nunc paucae arbores in praeruptis inaccessis superstites; e caudicibus solummodo abscissis fruticis instar propullulans; circa montes Pico del Fraile et Pico de la Zarza praesertim abundans.

## Rhamneae.

83. R. crenulatus Ait. — Leña negra.

In summis montibus Handiae frutex dumosus.

## Anacardiaceae.

84. Pistacia atlantica Desf. — Almacigo.

In Fuertaventurae convalle Rio Palmas, jam rarefacta.

85. Rhus albida Schousb. — Granero.

Malpaso de Rio Palmas, palmeta versus dumetum formans.

Drupae nigrae, parum sapidae, tamen a Majoreris, Fuertaventurae incolis, comeduntur.

## Leguminosae.

86. Lupinus hirsutus L. — Chocho.

Colitur et hinc inde spontaneus factus est.

87. Retama rhodorhizoides Webb.

Ad piscinas Lanzarotes, Chafarizes, quarum marginum firmandarum causa saepius plantatur. La Mareta de Teguize; Tiagua, ubi duas arbores formosas 12—15-pedales Bourgeau a. 1846 vidit. Eandem speciem olim cl. Hamilton e Lanzarote Webbio miserat. Huc sine dubio trahendae infausti nomenclatoris Spachii Spartium microcarpum, nec non Retamae micrantha et Bethencourtii Webb. ms. in Herb. suo, quas vix varietatis pretio a *R. rhodorhizoide* separandas crediderim.

88. R. recutita Webb. in Bourg., Pl. can. exsicc. n. 806.

Lanzarote, in impluvio templi urbis Teguize, ubi cautibus innata arbor inde a sanctuarii fundatione saeculari existere traditur. Haec vera regionis purpurariae Retama sylvestris, nunc rarissima facta. Differt a *R. rhodorhizoide* ramis brevioribus, obesioribus, neque ita gracilibus pendulis, praesertim autem calyce recutito. Denique flores minores et florescentiae tempus praecocius, jam m. Februario incidens.

89. Ononis Natrix L. var. hispanica. — Meloja.

El Hable de Handia. Planta hic summopere arenicola. Fl. Aprili. Vexillum dense rubro pictum.

90. O. sicula Guss.

In montibus Handiae locis siccis petrosis. Fl. Aprili.

91. O. ochreata Berth. Géographie botanique.

Ad declivia freti el Rio, Lanzarotem a Graciosa disiungentis, praecipue in hac ipsa. Planta caeterum incognita nec in Phytographia canariensi ulterius tractata, *O. vaginali* affinis.

92. O. vaginalis Vahl.

Graciosa; Mala Lanzarotes.

93. O. hebecarpa Webb Berth.

Punta de Handia et alibi in hac peninsula, ubi frequentissima.

La Graciosa. In planitie handiensi locis arenosis valde frequens. Fl. Aprili.

94. O. serrata Forsk. var. prostrata.

Punta de Handia, in arenosis maritimis; el Sobaco Lanzarotes; la Graciosa. Fl. Aprili.

95. O. dentata Boiss.

96. O. pendula Desf.

In Graciosa ripaque adversa Lanzarotes (Berthelot). Fl. Junio.

97. O. laxiflora Desf. var. flexipes Webb, *O. flexipes* Webb Berth.

Lanzarote, in rupestribus apricis prope Mala; Peñitas de Chache. Fuertaventura: Handia. Fl. Aprili.

98. O. Christii Bolle n. sp.

Erecta, excepta corolla pilis albidis patentibus hirsuta, radice fibrosa, caule basi lignoso robusto ultrapedali stipularum vestigiis obsito fusco, superiore striato herbaceo mox ramoso, ramis flexuoso-erectis, stipulis sessilibus multicostatis argute dentatis plerisque petiolo duplo brevioribus, summis hunc aequantibus, foliis ternatis, foliolis brevissime petiolulatis, spathulato-rotundatis basi sensim attenuatis vel saepe subrotundis, summo trium majore, omnibus toto margine argute dentato-serratis dentibus mucronatis (foliolis) approximatis nervosis; inflorescentia ad ramorum apicem racemum laxum constituente, pedunculis axillaribus demum reclinatis flore majusculo longioribus muticis (superne subarticulato, floribusque ergo exsiccando facile deciduis) calyce bilabiato laciniis anguste lanceolatis apice subulatis 3-costatis, corolla speciosa rosea calycem duplo excedente, vexillo erecto late ovato purpureo-striato apice rotundato cum mucrone parvo alis carinaque multo longiore, his pallidioribus, carina rectangulariter sursum flexa basi albida. In montium Handiae summo Pico de la Zarza. Fl. Aprili.

Cl. Doctori Hermanno Christ, Basiliensi, multarum et florarum et familiarum scrutatori indefesso, qui de stirpibus etiam canariensibus egregie

disseruit, hanc pulchram Ononidem sacram esse voluerim; e terris quaesita fuit ubi neque Rosarum neque Caricum vestigium ullum, facile illi acceptius, natura locorum praestat.

99. Psoralea bituminosa L.

Haec in Canariis etiam albiflora, quamvis rarissima, occurrit, ita nobis in Teneriffa tantum visa. Caeterum *P. bituminosa* in omnibus his insulis planta est quae perpetua vegetatione etiam per siccitatis tempora pecoribus pabulum optimum gratumque praebet.

100. Trifolium arvense L. Trevol, uti et reliquae species vernacule vocantur.

101. T. tomentosum L.

102. T. lappaceum L.

103. T. scabrum L.

104. T. agrarium L.

105. T. procumbens L.

106. Melilotus sulcata Desf. — Trevol oleroso.

107. M. indica All.

108. Medicago Helix Willd.

109. M. tribuloides Desr.

110. M. echinata Berth. Géogr. botanique e Lanzarote et Lk. apud Buch. statione Puerto Naos notata. Probabiliter *M. Echinus* DC.

111. M. minima Willd.

112. Lotus trigonelloides Webb Berth. *L. arabicus* L. var. *trigonelloides*. *L. nubicus* Hochst.

113. L. glaucus Ait.

114. L. lancerottensis Webb cum var. villosus.

In arena maritima ambarum insularum.

115. L. erythrorhizus Bolle n. sp.

Suffruticulosus diffusus, omnino sericeo-argenteus microphyllus, radice fusiformi rubra, caulibus erectiusculis vel adscendentibus humilibus gracilibus crebris basi lignescentibus, cortice sub indumento eoque evanescente lateritiis, ramis cum foliis calycibusque adpresse sericeis, stipulis foliolis conformibus tamen obtusioribus folio brevioribus, foliis ternatis brevissime petiolatis foliolis lanceolatis acutiusculis, floribus solitariis brevissime pedunculatis terminalibus, calyce persistente sub indumento purpurascente dentibus acutis corollam dimidiam aequante, corolla flava, carina rostrata basi geniculato-gibba vexillum alasque paulo excedente, legumine (immaturo) purpureo-fusco lineari-recto substrangulato cylindrico polyspermo, stylo recto sub apicem dentato piloso coronato, stigmate capitato.

La Punta de Ilandia, in arena concharum. Fl. Aprili.

116. Trigonella anguina Del.

In maritimis Fuertaventurae: Playa de la Laja (Bourgeau). Fl. Martio.

117. T. hamosa L. var. microcarpa. *T. microcarpa* Fresen. *T. aegyptiaca* Poir.

118. Ornithopus perpusillus L.

119. Scorpiurus sulcata L. — Rosquilla.

120. Hippocrepis multisiliquosa L.

Sat frequens prope la Oliva ex. gr. ad pedem collis Risco partido.

121. Biserrula Pelecinus L.

122. Astragalus hamosus L.

Valde frequens in Fuertaventurae graminosis. Fl. Aprili ad Majum.

123. A. tribuloides Del.

In planitie deserta Handiae meridionalis prope la Casa de la Señora, necnon in Fuertaventurae littore urbi Puerto Cabras vicino. Fl. Aprili.

124. A. mareoticus Del. var. handiensis.

Pedunculis bifloris folium aequantibus vel longioribus, corolla calycis dentes vix quarta parte excedente, pilis calycinis ad totius indumenti instar albis, nec ut in planta typica aegyptiaca fere semper, obscure fuscis, legumine piloso.

In iisdem cum praecedente locis Handiae. Fl. Martio ad Aprilem.

Characteribus dictis ab *Astragalo mareotico* recedit, cui autem universa facie tam propinquus apparet, ut pro varietate potius nec pro specie propria eum sumamus. Vidimus et in specimine quodam aegyptiaco herbarii regii berolinensis, ab Olivier lecto, calycis indumentum pro fusco album.

125. Ervum tetraspermum L. var. gracile DC.

126. Vicia lutea L.

127. V. atropurpurea Desf. cum var. Linneana.

128. V. calcarata Desf.

129. Lathyrus Aphaca L.

130. L. tingitanus L.

Prope la Oliva.

131. Cicer arietinum L. — Garbanzo.

Frequenter colitur seminaque fert optima reputatione. Planta hinc inde efferata, segetibusque cerealibus immixta.

132. Cassia tomentosa Lmck.

In Fuertaventurae quibusdam locis spontanea facta (Hartung), ut etiam in sepibus insularum magis occidentalium fit. Frutex e Tierra firma Americae ortus.

## Rosaceae.

133. Rubus fruticosus L. var. discolor. *R. discolor* Weihe. — Zarza.

In montibus Handiae. Florentem aeque ac fructiferum non vidimus.

## Cucurbitaceae.

134. Citrullus Colocynthis Schrad. — Cohombrillo.

### Crassulaceae.

135. Aeonium balsamiferum Webb Berth. *Sempervivum ciliatum* Berth. — Alfarroba..

In Lanzarotes montibus: Mancha blanca; el Quemado etc.

136. Ae. arboreum Webb. *Sempervivum* L.

Lanzarote, ad pagum el Valle inter Arecife et Haria, in Opuntietis (Lowe).

137. Aichrysum pygmaeum Webb Berth.

Malpaso de Haria, in rupestribus ubi m. Junio floret. Species cl. auctoribus Phytographiae canariensis adhuc dubia num hapaxantha sit vel fruticosa; me judice, certissime fruticulus.

138. A. dichotomum Webb Berth. *Sempervivum annuum* Chr. Sm.

139. A. pachycaulon Ble. Addend. atlant. in Bonplandia 1859 p. 244.

In Handiae Pico de la Zarza, m. Aprili vix jam florens.

140. A. Bethencourtianum Ble. Aeonium, Webb. in schedulis Bourgaeanis n. 737. — Pelotilla.

In catena montium Handiae rupibus adhaerens. Fl. Februario ad Martium.

141. Monanthes microbotrys Ble. *Petrophyes microbotrys* Webb Ble. Addend. atlant. l. c. p. 245.

In altis montibus Handiae. *M. murali* habitu vicina.

Adsunt duae aliae *Petrophyes* in Handiae montium iugo, quarum in litteris a nobis ad cl. Webbium scriptis, in London journal of Botany 1853 publici juris factis, fit mentio brevis. Hae, pro tempore oblivione obrutae, iterum quaerantur.

142. Umbilicus pendulinus DC. *Cotyledon Umbilicus* L. — Sombrerillo.

143. U. erectus DC.

### Ficoideae.

144. Mesembrianthemum crystallinum L. — Cosco; Barilla; Escarchada.

145. M. nodiflorum L. — Barilla chica; Vidrio.

146. M. crassifolium L.

In rupibus Handiae humidis a parietibus dependens.

147. Aizoon canariense L. — Pata; Patilla.

148. A. hispanicum L. — Cosco macho; Cosco blanco.

Non infrequens in Lanzarote ex. gr. prope Guatisa et Arecife; in Fuertaventura prope Hampuyenta. Fl. Februario ad Aprilem.

### Cacteae.

149. Opuntia Tuna Mill. *O. Ficus indica* Webb non L. (sub Cacto), *Cactus Opuntia* Lk. apud Buch. — Tunera; Higuera Tuna.

Arbor vel frutex debiliter armata. Flos sordide aurantiacus.

150. O. Dillenii Haw. *Cactus Dillenii* Ker. *Opuntia Tuna* Webb. — Tunera selvaje vel de la India; Pepino colorado.

Utraeque origine americana, nunc inquilinae. Fructuum causa sapidorum, Higo Tuno nomine affectorum, etiam hodie, Coccinellis pretiosis jam diu parum valentibus, et coluntur et sylvestres libenter tolerantur. Per montes Handiae Opuntiae a corvis carpophagis, uti fama fert, olim disseminatae fuerunt.

Nominum et synonymorum huc pertinentium elucidationem, doctam quidem magis quam comprehensu facilem, debemus Rev. Lowe. Cf. ejusdem Manual flora of Madera p. 313.

## Umbelliferae.

151. Drusa oppositifolia DC. *Bowlesia* Buch.

152. Apium graveolens L. — Apio.

Ad fontes et stillicidia: Handia etiam, ubi peninsula meridiem spectat; Famara Lanzarotes.

153. Ammi Visnaga Lmck. — Visnaga.

154. A. majus L.

La Oliva, inter segetes.

155. Bupleurum glaucum DC.

Planta semper pusilla, pollicaris. Crescit sparsim in campis Lanzarotes nec non in Fuertaventurae mari vicinis: Puerto Cabras; Handia. Fl. Aprili ad Majum.

156. B. canescens Schousb. var. handiense Bolle.

Fruticosum 2—3-pedale glaberrimum ramis robustis fortiter striatis, foliis ad ramorum summitates dense positis alternis coriaceis summopere glaucis ovali-oblongis basi sensim attenuatis subsessilibus inferne aliquantulum vaginantibus sensim amplexicaulibus obtusissimis apice subemarginatis anguste membranaceo-marginatis, 1—1½″ longis, maximis 1″ latis, 9—11-nerviis nervo medio caeteris latiore.

Handia in summo cacumine summi montis Pico de la Zarza rupibus innatum.

Neque florentem neque fructiferum hoc cognovi, attamen vix dubitandum quod idem sit ac b. Schousboei maura stirps, quamvis rami nostri vix cinerascenti-albidi dici possint. Species ulterius inquirenda.

157. Ruthea herbanica Ble. *Lichtensteinia* sp., Benth. Gener Pl.

Handia, in montibus; la Oliva. Fl. Aprili ad Majum.

158. Ridolfia segetum Moris.

159. Crithmum maritimum L. — Perejil de la mar; Hinojo marino.

160. Foeniculum Piperitum Bertol. — Hinojo.

In campestribus prope la Oliva.

161. Ferula lancerotensis Parl. — Tajornoyo.

In Lanzarotes jugo montium prope Sacellum D. Virginis de las Nieves. Ibi jam clarissimi scriptores Phytographiae canariensis hanc plantam sine flore et fructu legerant, pro *Ferula communi* L. habitam; ibi ipsam legit cl. Hartung, Regiomontanus, in exploranda Fortunatarum geologia Illmi Leopoldi de Buch aemulus indefessus, primusque iterum post illum in Purpurariis saxorum structurae indagator.

Denique statuendum est, ipsissimam quoque Linnaei *Ferulam communem* canariensem plantam esse, sed regionis montanae teydensis in Teneriffa, ubi hispanico nomine Cañaheja vocatur, tertia *Ferula*, Linkii quidem, calidiora magis demissa inhabitante. Species lanzarotensis, teste cl. Filippo Parlatore, quoad folia *Ferulam Barrelieri,* quoad flores *F. communem* refert, sed ab illa inflorescentiae partibus omnino diversa, ab hac foliorum laciniarum forma et involucellorum umbellarum lateralium persistentia distincta.

162. Torilis helvetica Gmel. *Scandix infesta* L. *Caucalis arvensis* Huds.

In ruderatis et ad vias.

163. Scandix Pecten L.

Inter segetes.

164. Coriandrum sativum L. — Cilantro.

Cultum et subspontaneum in hortorum vicinitate.

## Compositae.

165. Artemisia reptans Chr. Sm. *A. radicans* Idem, in litteris ad cl. de Candolle, 1816. — Amulei.

Handia, in montium iugo altissimo, sed etiam in regionis maritimae arena calidissima el Hable.

166. A. canariensis Less. — Ajenjo.

167. Erigeron ambiguus C. H. Schltz. Bip. *Erigeron bonariense* L.? — Yerba del tiempo.

168. Phagnalon purpurascens Schltz. Bip.

169. Ph. rupestre DC. *Conyza* L.

La Oliva, in scoriis vulcanicis. Lanzarote, prope S. Bartolomé. Fl. Majo ad Junium.

170. Francoeuria crispa Cass. var. indica.

Punta de Handia, in maritimis petrosis. Fl. Majo.

171. Pulicaria canariensis Ble. Addend. atlant.

In rupestribus adustis Handiae meridionalis. Fl. Aprili.

172. Odontospermum sericeum Schltz. Bip. *Buphthalmum* L. fil. — Joriado, Toja.

In montibus Handiae dumeta formans et omnium vegetabilium abundantissimum. Frutex speciosissimus, 3—4-pedalis, exceptis anthodiis totus argenteo-micans, congenerum canariensium nisi caboverdicorum et statura et amoenitate longe procerior; capitulis maximis diametro fere bipollicari.

173. O. intermedium Schltz. Bip. — Tojio.

Lanzarote, prope el Sobaco frequens, nec non prope Haria.

Praecedente minor; rarius altior frutex quam pedalis, capitulis et fronde aeque speciosis, sed illis multo minoribus.

174. O. Schultzii Ble. Addend. atlant.

La Oliva, in graminosis ad agrorum versuras abunde. Fl. Majo ad Junium.

175. O. maritimum L. sub Buphthalmo.

176. O. aquaticum Schltz. Bip.

177. Diotis candidissima Desf.

La Graciosa, ubi rarissima in arena maris.

178. Helichrysum orientale L. — Siempreviva; Perpetuas amarillas.

El Sobaco Lanzarotes. Fl. Junio.

E hortis, ubi in hac insula ornamenti gratia colitur, probabiliter egressa planta, sed in vicina Canaria sylvestris quamvis rara.

179. Gnaphalium Webbii Schltz. Bip. *G. gossypinum* Webb Berth. Icones. — Algodonera.

In sola Lanzarote, rarissimum: Famara, in rupibus abruptis, nec in orbe insulisve alibi inventum.

180. G. luteo-album L.

181. Filago germanica L.

182. F. gallica L.

183. Ifloga spicata Schltz. Bip. var. planifolia Ble. *Gnaphalium* Vahl.

In iugo montium Handiae. Fl. Aprili.

In Teneriffa quoque crescit, sed rarissima; pr. Candelaria »en la tosca« nobis obvia; necnon prope Guimar, ad montem olim ignivomum Montaña de los Guirres.

184. J. ovata Ble. Addend. atlant. l. c. p. 297.

Punta de Handia, in arena maritima. Fl. Aprili.

185. Kleinia neriifolia Haw. *Cacalia Kleinii* L. *Senecio Kleinia* Schltz. Bip. — Berode. Fl. auctumno ante pluvias.

In Fuertaventurae collibus sylvulas formans.

186. Senecio crassifolius Willd. cum insigni varietate falcifolius Ble. necnon cum altera pusillus ejusdem. Fl. Januario ad Aprilem.

*Falcifolium*, omnino speciem propriam aemulans, in arena maritima loci la Punta de Handia; *pusillum* in palude salsa Gran Tarajal inveni.

187. S. coronopifolius Desf.

In campestribus petrosis, praecipue in scoriis. Planta valde viscosa.

188. S. flaccidus Ble. *S. squalidus* Bourg. non Willd.

Handia, in arena maritima. Fl. Aprili.

189. S. flavus Dcne.

Tuineje, Barranco de las arenas (Bourgeau). Fl. Januario ad Martium.

190. S. rhombifolius Ble. Addend. atlant. l. c. p. 296.

In Handiae vallibus meridiem versus. Fl. Aprili.

191. Chrysanthemum pinnatifidum Brouss. *Chr. Broussonetii* Pers. *Chr. grandiflorum* var. *adauctum* DC. *Pyrethrum adauctum* Lk. — Flor de la Cumbre.

Ad Handiae summum montem Pico de la Zarza. Fl. Aprili.

192. Ch. ochroleucum Webb sub Argyranthemo. — Yerba de Sta. Maria.

Lanzarote, S. Bartolomé ad rupes.

193. Ch. canaliculatum Berth. Géographie botanique.

Lanzarote. Species obscura, nisi erroneo nomine e Ch. carinato Schousb., maroccano, adulterata.

194. Ch. Myconis L. — Giralda.

195. Ch. coronarium L. *Chr. speciosum* Brouss. — Pajito.

Inter segetes, plerumque forma radio flavo.

196. Anthemis arvensis L. — Manzanilla.

A. Cotula L.

197. Anacyclus clavatus Pers. — Magarza.

Lanzarote, prope el Sobaco et in ruderatis prope S. Bartolomé. Fl. Junio.

198. Calendula arvensis L. — Maravilla.

Inter segetes.

199. C. parviflora Raf.

Ad paludem Gran Tarajal.

200. Atractylis cancellata L. var. subacaulis: capitulis brevissime pedunculatis, fere radicalibus.

Handia, in sterilibus. Fl. Aprili.

201. Carlina salicifolia Cav. *Carlowitzia* Mnch. — Alazor.

Handia. Fl. Junio ad Julium.

202. Centaurea Lippii L. cum var. majorera Ble.

Puerto Cabras. Fl. Aprili.

203. C. Bolleana Schltz. Bip. sub Amberboa.

Malpaso de Rio Palmas. Fl. Aprili ad Majum.

204. C. melitensis L.

205. C. Calcitrapa L.

206. Galactitis tomentosa Mnch.

207. Cynara horrida Ait. — Alcauzil.

Per montes Fuertaventurae, non abunde.

208. Carthamus coeruleus L. — Azafran selvaje.

209. C. lanatus L. *Kentrophyllum* DC. — Cardo de Cristo. Fl. Junio ad Julium cum plerisque Carduis.

Valde frequens in Fuertaventura: el Espinal de la Oliva.

210. Notobasis syriaca Cass. *Cnicus* Willd.

211. Silybum Marianum L. — Cardo de burro.

212. Carduus clavulatus Lk.

213. C. Bourgaeanus Schltz. Bip. *C. baeocephalus* Webb var. *Bourgaeanus.*

Per montes Handiae. Fl. Aprili.

214. Cichorium divaricatum Schousb. *C. Intybus* L. var. — Escarola selvaje.

215. Andryrala pinnatifida Ait. Fl. Junio.

216. A. cheiranthifolia L'Herit. *A. varia* Lowe var. *Rothia cheiranthifolia* Lk. apud Buch.

In Lanzarotes arena nigra vulcanica: Yaissa; el Sobaco; Handia. — Haria (de Buch.)

Saepe rufo-tomentosa, foliisque non raro subintegris. Basis valde lignosa; altitudo plantae variabilis, interdum exemplaria caeterum robustissima tamen paucipollicaria exstant. Adest altera forma folio tenuiter dissecto anguste pinnatifido, capitulis minoribus, viridior. Fl. Junio.

*Andryalae* canarienses prorsus singulari polymorphia eminent.

217. Scolymus hispanicus L. — Tagardina.

218. S. maculatus L. — Cardo de leche.

219. Urospermum picroides Desf.

Inter segetes.

220. Hedypnois rhagadioloides Willd. — Brujillo. Fl. Januario ad Martium.

221. Rhagadiolus stellatus Gaertn.

222. Thrincia pygmaea Schltz. Bip.

223. T. hirta Roth. Berthelot in Géographie botanique neque ab altero observata.

224. Tolpis barbata Gaertn. var. crinita. *T. crinita* Lowe.

225. Barkhausia hieracioides Lowe Primit. mader. *C. Lowei* Schltz. Bip. var. *canariensis*. *Barkhausia denticulata* Heer apud Hartg.

In montibus Handiae, ubi robustissima, bipedalis. Tuineje; Valdebron; Peñitas de Chache. Fl. Martio ad Aprilem.

226. Crepis sp. pusilla.

In Lanzarote, monente Berthelot. Inquirenda.

227. Picridium tingitanum Desf.

228. P. ligulatum Vent. cum varietatibus ilicifolium et integrifolium.

Pulcherrime abundat in scopulis maritimis, magnas ibi rosulas efficiens. Minus, immo nanefactum etenim capite diminutum, sub forma ilicifolia in Handiae montium ariditate apparet.

229. Lactuca sativa L. — Lechuga.

E culturis frequentibus non raro spontanea facta. A Majoreris cruda sine sale et oleo comeditur. Hanc cl. Masferrer quoque in Teneriffa sylvestrem indicat.

230. Sonchus acidus Schousb. — Cerrajon.

In Opuntieto prope Teguize unicum specimen, sylvestre ut videtur, stare fertur, quod incolae religiose custodiebant, augurio id pro anni inchoantis fertilitate sumentes. Fl. Januario. Post Bourgaeum a botanicis non visus.

231. S. Bourgaei Webb.

Cofete, in planitie maritima; Volcan de la Oliva! Barranquillo supra Mala Lanzarotes (Bourgeau). Fl. Februario ad Aprilem.

Planta annua, delicatula, italo *S. tenerrimo* L. non absimilis, strictior quidem. Flos e flavo aurantiacus.

232. S. oleraceus L. — Cerraje.

In cultis pinguioribus.

233. S. spinosus DC. *Zollikoferia* Boiss. cum sequente. — Ahulaga.

Plantarum indigenarum facile communissima; giganteam hanc vidi in Handia ubi caules vel trunci, in consortio Lycii afri, saepe pollicem crassi evadunt et, ut in reliqua insula, combustioni inserviunt.

234. S. nudicaulis Schltz. Bip. *S. divaricatus* Desf. *Prenanthes repens* Buch. Herb. n. 230. — Hulajillo.

Cofete, in arena maritima; Puerto Cabras. Fl. Februario ad Majum.

235. S. Lowei (Schltz.) Heer apud Hartg.

Quid sit nescimus. In Lanzarote indicatur.

236. Xanthium Strumarium L.

Fuertaventura, loco non notato.

## Campanulaceae.

237. Campanula dichotoma L. *C. afra* Cav.

Handia, in planitie maritima Barlovento versus. Fl. Februario ad Aprilem.

Specimina nivariensibus semper minora, fere nana legimus.

238. C. Erinus L.

In glareosis et murorum interstitiis.

239. Wahlenbergia lobelioides Alph. DC. var. Gussonea.

Peñitas de Chache, nec non in Fuertaventura.

## Ericineae.

240. Erica arborea L. — Brezo.

Fuertaventura: supra templum Sanctae Mariae de la Peña. Lanzarote: Peñitas de Chache.

## Oleaceae.

241. Olea europaea L. Oleaster. — Acebuche; Acetunera.

Sylvestris solummodo nec ullibi culta occurrit. Fl. Majo.

## Asclepiadeae.

242. Periploca laevigata Ait. — Cornical.

Handia, in sylvula *Euphorbiarum canariensium* cum *Rubia fruticosa* demisse scandens et alibi in montibus.

## Convolvulaceae.

243. Convolvulus arvensis L. — Basito de la Virgen.

244. Espinal de la Oliva, frequens in agris. Vidimus semper flore roseo.

245. C. siculus L.

246. C. althaeoides L. — Correhuela.

Inter segetes communis. Semina semper frustra quaesivimus.

247. C. Hystrix Vahl. *C. armatus* Del. — Chaparro.

In collibus desertis petrosis retro Puerto Cabras. Detector: cl. Bourgeau.

248. Cuscuta europaea L.

249. C. planiflora Ten. var. Episonchum Webb. — Tircuela; Pelo de Ahulaga.

## Boragineae.

250. Echium thyrsiflorum Mass. *E. Decaisnei* Webb Berth. — Tajinaste.

Handia, per montes altiores; Lanzarote, supra Salinas.

Frutex robustus, 4—5-pedalis. Corolla alba cum venis azureis. Filamenta rosea; antherae brunneae.

251. E. plantagineum L. *E. violaceum* auct. — Vivorina.

252. Messerschmidia fruticosa L. — Duraznillo.

Ad basin montium Handiae prope Cofete. Semper hic forma typica latifolia.

253. Borago officinalis L. — Borraja.

254. Lithospermum apulum Sibth.

La Oliva. Mala Lanzarotes (Bourgeau). Fl. Martio ad Majum.

255. L. arvense L. cum varietate flore coeruleo.

Inter segetes copiose, sed multo magis forma flore albido; coerulea rarior ex. gr. Montaña de Uhigua Lanzarotes, etiam in scopulis incultis nascens.

256. Anchusa italica Retz.

Inter segetes vulgaris.

257. Heliotropium europaeum L.

258. H. supinum L.

La Oliva. Fl. Junio.

259. H. plebejum Mass. *H. erosum* Webb. — Yerba camellera.

Arenas nigras praediligit: Arecife; Gran Tarajal; Punta de Handia. Fl. Martio ad Majum.

## Solaneae.

260. Solanum nigrum L. — Yerba mora; Moralillo de Santa Maria.

261. S. villosum Lmck.

262. S. miniatum Bernh.

In montibus Handiae, locis ab omni cultura remotis.

263. Datura Stramonium L. — Buenas noches.

264. Hyoscyamus albus L. — Veleño.

265. Lycium afrum L. — Espino.

Abundantissimum in Handia, ubi dumeta format ed in usum pro cucinis calefaciendis adhibetur. Espinal de la Oliva; la Muda.

## Scrofularinae.

266. Scrofularia arguta Ait.

Handia, copiose neque minus prope Arecife Lanzarotes.

267. Antirrhinum Orontium L.

Inter segetes.

268. Linaria heterophylla Schousb. sub *Antirrhino*. *L. Lanzarotae* Del.

Copiose in petrosis, imo arenosis Handiae. In rupibus Famara Lanzarotes.

269. Celsia betonicaefolia Desf.

A cl. Despréaux in Fuertaventura reperta et e hac statione in herbario Webbiano mihi visa. Minime miranda haec localitas, quia planta simul mauretanica ac caboverdica est. Tamen in Purpurariis non iterum reperta fuit. Locus natalis confirmatione eget.

## Orobancheae.

270. Orobanche minor Sutt.

Cumbre de Handia; la Muda, in utroque loco radicibus *Buphthalmi sericei* insidens. Fl. Aprili ad Majum.

271. O. coerulea Vill.

Lanzarote (Berthelot).

272. O. ramosa L.

273. Phelipaea lutea Desf. *Cistanche* Lk.

Punta de Handia. Isleta de Lobos. Los Lajares et Costilla in Fuertaventura septentrionali, semper arenicola et *Zygophyllo Webbiano* insidens. Ad basin montium Famara autem in Betae procumbentis consortio. Fl. Aprili.

274. Ph. gratiosa Webb Berth.

La Graciosa.

## Labiatae.

275. Salvia canariensis L. — Salvia.

La Oliva, rarius: Ad montem Caldera negra. — Fl. Majo.

276. S. aegyptiaca L.

277. S. clandestina L. var. multifida *S. Verbenaca* Desf.

La Oliva, valde frequens.

278. S. sp. prope la Oliva et in Lanzarote crescens; *S. clandestinae* similis, sed diversa: caule florido dense viscoso-piloso pilis patentibus, ita ut tota planta villosa appareat. Flores non vidimus. Ulterius inquirenda et, quando melius cognita erit, nostro desiderio *S. Aschersonii* fortasse salutanda.

279. Lamium amplexicaule L.

In cultis.

280. Stachys arvensis L. — Yerba de gato.

281. Leucophaë Massoniana Webb. *Sideritis* Benth. — Salvia blanca.

In montibus elatis Handiae. Fl. Majo.

282. Marrubium vulgare L. var. lanatum Benth.

Rosa de la Oliva, ad vias.

283. Aiuga Iva L. *Teucrium Pseudo-Iva* Benth. — Yerba Clin.

Per Fuertaventuram frequens. Lanzarote, prope Tinguaton, copiose (de Buch).

284. Thymus origanoides Webb Berth. — Tajose.

Altioris regionis montanae in Lanzarote civis: prope fanum S. Mariae de las Nieves.

Planta humillima, tamen ramis fortiter lignosis fruticans.

285. Micromeria thymoides Webb Berth. *Satureja varia* Benth. — Tomillo.

In Fuertaventura montana species, dum per Teneriffam maritimae zonae civis est. Illic plurimis locis provenit: Pico del Fraile; la Muda; Montaña del Atalaya, in media insula situs mons. Fl. Martio ad Aprilem.

Forma tortuosa, humilis, foliis lanceolatis typo latioribus, margine revolutis; adspectus modice pilosus, virescens. Flores parvuli, corolla intense rosea. Si quis hanc pro peculiari varietate sumere velit, eam, ab aliis aliquantulum habitu differre non negaverim. Plurimis iam exstantibus Micromeriis aliam adhuc addere non ausus sum, quum genus in Canariis fere ultra observationis fines variet, quamquam speciem praesentem in quovis statu non difficiliter recognoveris.

286. M. sp. glabrescens, flore majore coerulescenti-violaceo; caetera incognita.

La Oliva, Majo florens.

Hanc carpere negligimus. Inquirenda.

287. Lavandula dentata L. — Alhucema.

El Sobaco et la Quemada Lanzarotes.

288. L. pinnata Linck. — Yerba de risco; Espliego.

Lanzarote: el Risco de Guinate; Famara; Barranco de Guatisa. Fl. Junio.

## Verbenaceae.

289. Verbena supina L. *V. procumbens* Forsk. *V. prostrata* Ait. La Oliva. Fl. Majo ad Junium.

## Primulaceae.

290. Anagallis arvensis L.

Fere semper ad Anagallidem coeruleam spectat, dum forma rubriflora multo rarior.

291. Samolus Valerandi L.

Ad fontes et stillicidia.

292. Asterolinon stellatum Lk. *Lysimachia Linum stellatum* L.

Handia, in rupestribus siccissimis regionis calidae; tamen etiam ad saxa montis altissimi Pico del Fraile. Fl. Aprili.

## Plumbagineae.

293. Statice Bourgaei Webb. — Siempreviva de la mar.

In rupibus circa stagnum Famara Lanzarotes, abunde; hic una cum sequente. Fl. Februario ad Junium.

294. St. puberula Webb Berth.

La Graciosa; Risco de Guinate; Famara, supra stagnum. Fl. Junio.

295. St. papillata Wbb. *St. pruinosa* Berth. non Del. — Flor de mar.

In maritimis plerumque arenosis: Handia; la Graciosa. Fl. Aprili ad Majum.

296. St. ovalifolia Poir. *St. mucosa* Salzm. Exsicc. *St. pyramidalis* Lowe. Primit. mader. p. 18.

Isleta de Lobos, in demissioribus quae ab Oceani fluctibus quandoque inundantur, ubi solum caespitibus pulchre glaucescentibus densissime vestit. Florentem inveni die 28. m. Maji 1852, una cum sequenti. Flores pallide coerulei. Folia interdum efflorescentia salina incrustata.

297. St. tuberculata Boiss. *St. Manricarum* Ble. ms. olim. — Perpetuas maritimas.

Caules lignosi plures ex eodem radice, procumbentes, digitum crassi, ita ut haec planta revera fruticosa censeatur. Frutices gregatim caespitibus proceris, pulcherrime roseo-floridis, summopere floribundis arenam vestiunt. Canariae quoque incola, licet rarissima (el Charco de Maspalomas!). Stirps diu ex eremis sahariensibus mari vicinis (Cabo blanco) tantum innotuerat.

## Plantagineae.

298. Plantago arborescens Poir. — Pinillo.

299. P. major L. — Llanten.

300. P. lanceolata L.

301. P. Lagopus L. — Ovejera.

Las Peñitas de Chache.

302. P. Coronopus L. — Estrella de mar.

303. P. Serraria L.

304. P. decumbens Forsk. *P. cretica* L. var. *decumbens*.

Cofete Handiae, in valleculis copiose; Teguize.

Tota candide sericea. Fl. Februario ad Aprilem.

305. P. amplexicaulis Cav.

In campis Fuertaventurae communis: Cofete, in arena maris. Tuineje; Time Lanzarotes, in collibus, jam m. Februario florens.

306. P. argentea Desf.

Graciosa (Berthelot). Fuertaventura, eodem monente.

Huc vel ad *P. amplexicaulem* verosimiliter trahenda *P. sericea* Berth. non Kit. e Lanzarote.

307. P. Aschersonii Ble. nova sp.

Herbacea, annua, acaulis, foliis rosulatis lata basi sessilibus 3—5-nerviis ellipticis acutis integris vel apicem versus paucidentatis cuspidatis utrinque hirtis superne sparse pilosulis subtus praesertim secus nervos villosulis, longe pedunculatis, pedunculo folium subsuperante tortuoso-decumbente, adpresse hirtello-piloso, spicis geniculato-erectis cylindricis, bracteis calycem subaequantibus acutis hispidis viridibus angustissime scarioso-marginatis, sepalis anticis rhombeo-ellipticis acutiusculis ciliolatis subherbaceis scarioso-marginatis obscurius carinatis, posticis carina viridi scarioso-et ciliolato-alata percursis, corollae laciniis oblongis acuminatis hyalinis inferne fusco-carinatis; capsula (immatura) ovata obtusa.

Inter congeneres tam numerosas e sectione *Polyspermae* Barnéoud *P. macrorhizae* Poir, ut videtur, affinior; tamen distinctissima nostra radice multo debiliore ad collem nunquam lignescente, omissis caeteris characteribus differentialibus. Florum fabrica proxima etiam *Plantaginibus Coronopodi* et *Serrariae*.

Sacra esto cl. professori Paulo Ascherson oculatissimo inter contemporaneos cognitori Florae sahariensis, insularum Purpurariarum et vicinae et congenialis simulac immensi libyci eremi strenuo perscrutatori, nobis, quod magni aestumamus, conjunctissimo.

Habitat in adscensu handiensis montis Fraile, rupibus basalticis innata. Fl. Aprili.

## Nyctagineae.

308. Boerhavia verticillata Poir.

Fuertaventura, ad marginem paludis Gran Tarajal.

## Polygoneae.

309. Polygonum aviculare L.

310. Emex spinosus Campd.

311. Rumex Acetosella L. — Vinagrerita.

Frequens in agris prope la Oliva.

312. R. bucephalophorus L.

In graminosis collium.

313. R. vesicarius L.

314. R. e sectione Hydrolapathi Huds., elatus aquaticus, in statu immaturo nobis tantum obvius itaque specifice vix statuendus. Folia radicalia basi ovata. Num fortasse *R. maximus* Schreb.?

Ad rivulum convallis Rio Palmas prope Betancuria.

## Chenopodeae.

315. Beta pumila Lk. *B. Webbiana* Moq. — Marmajaya.

316. B. procumbens Chr. Sm.

317. B. maritima L.

Hae omnes littoreae; sola sequens interiora terrae aqua non deficiente incolit.

318. B. vulgaris L. var. maritima Moq. — Remolacha selvaje.

Ad rivulum convallis Rio Palmas. Semper erecta, altior, plantae cultae conformis.

319. Atriplex glauca L.

Frequens in littoreis et ruderatis.

320. Halimus portulacoides Wallr. var. latifolia. *Atriplex portulaçoides* L.

La Graciosa et circa Famara, copiosissime, fruticeta integra formans.

321. Chenopodium murale L. — Cenizo.

322. Ch. album L. *Ch. viride* Lk.

323. Ch. ambrosioides L. — Pasote.

In glarea convallium.

324. Salicornia fruticosa L. *Arthrocnemum* Moq. pro parte.

In palude salsa Gran Tarajal frequens, dumeta formans. Isleta de Lobos. La Graciosa et ad ripam adversam freti el Rio.

325. Chenolea canariensis Moq. cum var. lanata. *Ch. lanata* Moq. *Salsola lanata* Mass. apud de Buch, Physikal. Beschreib. Canar.

In aridis saxosis circa Cofete et alibi per Fuertaventuram, gregarie.

326. Suaeda fruticosa Forsk.

In arena maritima Handiae; Gran Tarajal. Communissima per majorem Fuertaventurae partem; more Ericarum gregarie vegetans. La Graciosa.

327. S. vermiculata Forsk. cum var. flavescens. *Salsola vermiculata* L.

In petrosis plerumque maritimis: Punta de Handia; Gran Tarajal; Rosa de Don Juan Negrin; Graciosa.

328. Schanginia hortensis Moq.

Gran Tarajal.

329. Chenopodina maritima Moq.

Gran Tarajal.

330. Traganum Moquini Webb. *T. nudatum* Moq. non Del.

In arena nuda littorum: La Graciosa; Playa blanca prope Puerto Cabras. Handia. Playa de la Caleta Lanzarotes.

## Amarantaceae.

331. Euxolus viridis Moq. *Amarantus Blitum* L. *Albersia viridis* Kth.

In cultis.

## Euphorbiaceae.

332. Euphorbia canariensis L. — Cardon.

Non multis locis, sed gregarie ubi provenit. Handiae praecipue civis et Florae sylvanae decus singulare. In Lanzarote mihi non visa, a Viera negata a Buchio tamen in ora austro-occidentali observata.

333. E. balsamifera Ait. — Tabayba dulce.

Sylvarum locum in Fuertaventura tenet, ubi maxima veraque arbor evadit et incolis lignationes crebras praebet pro cucinarum usu. Proceriores truncos et pulcherrimos Isleta de Lobos fert. Lanzarote: Haria! Rubicon (de Buch).

334. E. Regis Jubae Webb. *E. mauritanica* L. — Tabayba morisca.

In iugo montium Handiae et prope Villa Betancuria.

335. E. obtusifolia Poir. *E. piscatoria* Berth. in Florule de la Graciosa. *E. Broussonetii* Willd., Enum., Herb. n. 9252. — Tabayba selvaje.

La Graciosa, Chenepodiis immixta. In Fuertaventura etiam, monente Berthelot. Lanzarote: Puerto Naos (de Buch).

336. E. heterophylla Berth. Liste des plantes de Lanzarote.

Species mihi prorsus incognita. Inquirenda.

337. E. Paralias L.

Vastarum arenarum in utraque insula indumentum principale laete-virens.

338. E. terracina L. *E. Linaria* Lk. apud de Buch. *E. rhombea* Willd. *E. obliquata* Forsk. — Leche eterna.

339. E. Panacea Webb. — Sana lo todo.

Lanzarote, prope el Sobaco, in arena nigra vulcanica. Fl. Junio.

340. Ricinus communis L. — Tartago.

## Urticeae.

341. Urtica urens L. — Ortiga.

342. Forskålea fruticosa Willd. *F. angustifolia* Retz. — Ratonera.

In rupestribus incultis, ruderatis necnon in torrentibus lavae Malpais dictis.

Haec duabus praestat formis: angustifolia, foliis fere omnino viridibus et altera robustiore foliis latioribus subtus niveis. Immerito hae species creditae fuerunt, quia umbra vel sole variisque soli diversitatibus manifeste gignuntur.

### Myricaceae.

343. Myrica Faya Ait. — Haya.

Las Peñitas de Chache.

### Balanophorae.

344. Cynomorium coccineum L.

Lanzarote.

### Najadeae.

345. Zostera nana Roth.

Puerto Cabras, in fundo maris.

346. Cymodocea nodosa Aschers. *C. Webbiana* Adr. Juss., *C. aequorea* Koenig.

Arecife, in fundo maris.

### Aroideae.

347. Arum italicum Mill. var. canariense Engl. *A. canariense* Willd.

La Oliva, rarius.

### Irideae.

348. Gladiolus segetum Gawl. — Ajillo.

Inter segetes.

349. Romulea Hartungii Parl.

Lanzarote. Fl. primo vere vel potius sub finem hyemis, m. Martio jam ex parte seminifera.

Iudice cl. Parlatore differt a nivariensi stirpe *R.* (*Trichonema*) *grandiscapa* Webb Berth. scapo humili, flore minore, filamentis anthera longioribus et seminibus angulatis.

Num fortasse eadem ac *Romulea* illa nana, quam in pinetis elatis retro pagum Chasna in Teneriffa m. Aprili florentem observavimus et, nescio num temerius, pro *Romuleae grandiscapae* forma solo arido depauperata, sumpsimus?

### Palmae.

350. Phoenix dactylifera L.

Ubiquitaria fere locis idoneis. Sylva miranda, saharienses oases referens, in convalle Rio Palmas. Num *Phoenix canariensis*, Recentiorum quoque in Purpurariis indigena sit, adhuc dubium.

### Asfodeleae.

351. Asfodelus ramosus L. — Gamon.

In altioribus incultis utriusque insulae non infrequens.

352. A. fistulosus L. — Gamon chico.

In planitie maritima meridionali Handiae, frequens. — Fl. Aprili.

353. Allium roseum L. – Gamonillo.

354. A. vineale L. — Ajo selvaje.

355. Dipcadi fulvum Webb Berth. *Hyacinthus fulvus* Cav.

Lanzarote, prope fanum de las Nieves; Guatisa (Bourgeau). — Fl. hyeme.

356. Scilla haemorrhoidalis Willd. *Sc. hyacinthoides* Desf. — Cebolla almorrana.

Lanzarote, inter fanum de las Nieves et urbem Teguize.

357. Sc. dasyantha Webb Berth.

Fuertaventura, prope templum S. Mariae Virginis de la Peña.

358. Asparagus arborescens Willd. *A. retrofractus* Berth. non L.

Handia; Lanzarote, hinc inde ex. gr. prope Teguize.

359. A. albus L. var. Pastorianus Webb. — Espino blanco.

Malpais prope la Oliva.

360. A. horridus L. fil.

Famara.

## Amaryllideae.

361. Pancratium canariense Ker.

## Melanthiaceae.

362. Merendera sp.?

La Graciosa. A solo b. Berthelot a. 1829 reperta.

## Juncaceae.

363. Juncus acutus L. et Phytogr. canar. *J. multibracteatus* Tin. — Junco.

In ipsa arena calida vulcanorum lanzarotensium: Montaña del Fuego; reliquis locis insularum in humidis, ad ripas.

364. J. maritimus Lmck.

## Cyperaceae.

365. Cyperus aegyptiacus Gloxin. *Schoenus mucronatus* L. *Galilea mucronata* Parl. — Junco marino.

In arena mobili: Playa blanca prope Puerto Cabras; el Sobaco.

366. C. mucronatus Rottb. var. albidus Vahl. *C. lateralis* Forsk., *C. laevigatns* L.

In humidis Lanzarotes ad fontem Chafariz prope Haria.

367. Scirpus maritimus L.

Ad rivulum Rio Palmas.

## Gramineae.

368. Phalaris brachystachys Lk.

369. Ph. coerulescens Desf.

Utraeque gramina segetalia.

370. Coix Lacryma Jobis L.

371. Pennisetum cenchroides Rich.

372. Milium multiflorum Cav. Oryzopsis, Recentior.
Ad stagnum Famara.

373. Stipa tortilis Desf.

374. Gastridium lendigerum Gaud.

375. Agrostis verticillata Vill.
Ad fontes et stillicidia.

376. Aira caryophyllea L.

377. Avena hirsuta Rth.
Nullibi in Canariis major, robustior et frequentior quam in Handiae valleculis, Costa de Barlovento.

378. A. sterilis L.

379. Melica ciliata L.
Las Peñitas de Chache.

380. Schismus marginatus Pal. Beauv.

381. Lamarckia aurea Mnch.

382. Eragrostis poaeoides Pal. Beauv.

383. Poa trivialis L.

384. P. valde pusilla e Graciosa (Berthelot). Verosimiliter *P. annua* L.

385. Briza maxima L.

386. Festuca rigida Kth.

387. F. Myurus L. *Vulpia* Gmel.

388. Bromus madritensis L.

389. B. rubens L.

390. B. lanceolatus Parl.

391. Brachypodium distachyum Roem. Schult.

392. Lolium gracile Parl.

393. Polypogon elongatus Humb. Bonpl.
Ad stagna Famara et Chafariz de Haria. Rio Palmas.

394. Andropogon hirtus L. — Cerillo.

395. Pappophorum Jaminianum Coss. et Dur.
Gran Tarajal, in petrosis aridis. Fl. Aprili.
*P. borealis* Ledeb. aemulum nanum, hucusque tantum pro Saharae algeriensis cive habitum, cui Purpurariarum et solum et coelum non absimilia.

## Filices.

396. Notochlaena vellea Desv.
In clivo meridionali et vallibus iugi handiensis; semper pusilla. Lanzarote, rarior.

397. Adiantum Capillus Veneris L. — Culantrillo de pozo.
Handia, ad fontes raros vallium meridionalium.

398. Polypodium vulgare L.
Handia, in regione montana, olim sylvosa.

399. Asplenium Adiantum nigrum L. var. argutum Heufl. *A. tabulare* Schrader. — Doradilla negra.

Handia, in summo monte Pico de la Zarza.

Speciei genuinae magis congruum quam Canariarum reliquarum communius et pulchrius illud *A. acutum* Bory e Purpurariis exul.

400. A. Hemionitis L. *A. palmatum* Lmck. — Yerba Candil.

Malpaso de Rio Palmas, in rupium madentium fissuris necnon in Handiae zona sylvosa.

Addendum Medicaginibus: M. denticulata Willd. var. macrantha. *M. pentacycla* DC. Cat. monsp. In cultis Handiae.

Purpurariarum herbas cultas simulac arbores pomiferas hortenses consulto omisimus, in altero libello de geographia botanica et adspectu vegetali utriusque insulae de his quoque tractaturi.

# ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Botanische Jahrbücher für Systematik, Pflanzengeschichte und Pflanzengeographie

Jahr/Year: 1892

Band/Volume: 14

Autor(en)/Author(s): Bolle Carl [Karl] August

Artikel/Article: Florula insularum olim Purpurariarum, nunc Lanzarote et Fuertaventura cum minoribus Isleta de Lobos et la Graciosa in Archipelago canariensi. 230-257